



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Vita Sanctimonialis foeminæ, quæ erat ex Sancta ciuitate. Capvt CLXXIX.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

*Vita Sanctimonialis fœmina, quæ erat ex Sancta
ciuitate.*

C A P V T C L X X I X.

Perreximus ad Abbatem Ioannem Anachoretam, qui appellatus est Rutilius, narrauitq; nobis dicens: Audiui Abbatē Ioannē Moabitā narrantem, ac dicentem: Sanctimonialis quidā erat in sancta ciuitate, religiosa valde, & secundū Deum proficiens. Inuidit ergo diabolus Virgini, immisitque iuueni cuidam impurum, & diabolum cum in eam amorem. Virgo autem illa mirabilis, cūm diaboli sensisset inuidias, perditionem adolescentis miserata, sumpto cilicio vno, paucisque infulis cibarijs, venit ad eremum, adolescenti ex recessu suo quietem à tentatione, ac salutem parans, & sibi ipsi ex solitudine securitatem, & augmenta meritorum. Post multum vero temporis per dispensationem Dei, ne ipsius excellentis conuersatio maneret incognita, vidit eā Anachoreta quidam in solitudine Iordanis, & ait illi: Quid mater in hac solitudine facis? Illa vero latere Anachoretam cupiens, ait illi: Ignosce mihi, quia erraui de via. Sed per Domum, pater, fac charitatem, & ostende illam mihi. Ille vero diuinitus de illa admonitus, ait ei: Crede, mater, non tu errasti de via, neq; viam requiris. Itaque sciens, quia mendacium de diabolo est, dicit illi veritatem causæ, propter quam huc venisti. Tū ait illi Virgo: Ignosce mihi, Abba; Adolescenti in hanc eremum, melius existimans hic mori, quàm offendiculum cuiquam fieri, iuxta Apostoli vocem. Dicit illi iterum senior: Et quantum temporis hic habes? Quæ ait illi: Habeo gratia Christi annos decem & septem. Rursum ait ad illam

Anac.

Anachoreta. Et vnde nutritis? Illa verò cilicium, & infusa proferens, dixit Anachoretæ: Ecce cilicium istud, quod vides, mecum de ciuitate exijt, & ista¹ pauca infusa. Talemque dispensationem in me humilem ostendit Deus, vt tanto tempore istis nutriar, neq; imminuta sint. Et hoc autē scito, pater, quia sic me ipsius benignitas protexit, vt per istos decem & septem annos nullus homo me viderit, nisi tu solus hodie. Ego autem aspicebam omnes. Et hæc audiens Anachoreta magnificè glorificauit Deum.

1 Vide tenuitatem victus sanctimonialis femine.

Vita Ioannis Anachoretæ, qui in Spelunca Villa Sochus morabatur.

CAPVT CLXXX.

Narrauit nobis sanctissimus Dionysius presbyter sanctæ Ecclesiæ Ascalonitarū, & sacrorum vasorum custos, de Abbate Ioanne Anachoreta, dicens: Quasi verè magnus in generatione ista fuit: atque ad commendationem summorum illius apud Deum meritorum, hoc de ipso miraculum narrabat: In spelunca, inquit, morabatur senex, in partibus villæ; quæ dicitur Sochus, viginti ferè miliarib; ab Hierusalem. Habebat autē senex in spelunca ² imaginem immaculatæ Dominæ nostræ Dei genitricis, semperq; virginis Mariæ, in vlnis ferentem Christum Dominum, & Saluatorem nostrum. Quoties igitur abire volebat ad locum aliquem, vel per vastam solitudinem, siue ³ Hierosolymam, ad ⁴ adorandam sanctam Crucem, & venerabilia loca, vel in Sinai montem orationis gratia, siue ad Martyres distantes ab Hierosolymis multis prolixisque interuallis (Erat enim senex Martyrum re-